



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psal. LXXXVI. Inclina Domine aurem tuam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- is IAS,
ursur
et, ille
A.
- 1 Proxima ast ipsum gregibus timentum
Iam salus constans aderit, manebit
Gloria haec, terram subitura nostram
Fixa manebit.
- 2 Competent, foedus venientque in arctum
Veritas diva & bonitas sorores;
Oscula aeternum sibi sancta iungent
Iustitia & pax.
- 3 Veritas cresceret penitus beato
Germine è terra, aspicietque ex lis
Alma quæ formet recreetque mundum,
Iustitiae fax.
- 4 Et bonum praestans dabit almus I A S;
Nostra praebebit proprios colono
Terra prouentus, referet probandas
Copia fruges.
- 5 Et via constans gradierit ampla,
Liberos semper moderata gressus;
Ipsiusque aliam faciem praebit
Iustitiae vis.

PSAL. LXXXVI.

Inclina Domine aurem tuam.

MISERICORDIAE SEMPER OPPORTUNA IMPLORATIO.

Oratio David.

Carmen Tricolsin Tetraphonum.

- 1 Vrem miseriis verte precor tuam
IAS, milii, proh, pauperi & indigo
2 Responde, & hanc cultos potensque
Serua animam famuli probati.
Te nam Deumque & te milii PRINCIPEM
Confido certum, te famulus peto;
- 3 IAS miseriis te diebus
Omnibus excipe me vocantem.
- 4 Gandere iustumque hanc animam soue
Serui, patronum nam colo te meum;
Vni tibi iam dedicatain
Hanc animam fero & ipse tollo,
- 5 Tu nam bonus, tu parcere promptior,
Valde & benignus tu Domine es tuus:
Quicunque te querunt, bonumque
Te vocant, Dominumque clamant.
- 6 Attende & IAS, excipe & hanc precem,

Vocem

PSALMORVM

- 240 Vocem tuī nec spernito supplicis;
7 Responde in angustis vocanti
Temporibus miserisque presso.
8 Nullus tibi par est Domine, ac tibā
Inter secundus nullus erit, Deos:
Exempla factis æqua & usquam
Nulla tuis memorabit actas.
9 Gentes quot orbis conditor unicus
Fecisti, ab omni climate confluent,
Et supplicabunt, atque nomen
Laude tuum DOMINE ampliabunt:
10 Nam magnus ipse ac mirificus DEVS
Tu solus, ergo me doceas viam,
11 Ritus tuosque, ut veritatē
Ipse tuam ingrediens frequentem:
Ut nomen hoc cor pertimeat tuum,
Curas inanea vanaque disisce
Huic cogitata, haec una tantum
Cura tui maneat colendi.
12 Te corde toto te celebrem DEVM,
Nomen tuumque ac te Dominum colam,
Hoc semper ut mihi sit supremum
Perpetuos studium per annos.
13 Nam magna constat mihi bonitas tua,
Immo (sateri debedo) maxima;
Tu quippe seruasti eum profundis
Hanc animam barathri cauernis.
14 Gens insolentum mihi DEVS instituit,
Et turbā præcepit ac violentior;
Curare quis te cura nulla est;
Hanc animam petiere fortis.
15 At FORTIS es tu promere gratiam,
Mitisque, valde mihi DOMINE ac bonus,
Et naribus latis serenus,
Polliciti stabilisque compos.
16 Ut me misertus respicias; tuum
Roburque præstes huic famulo, tua
Ancilla quem produxit; atque
Exhibeas celerem salutem.
17 Signum boni in me perfice, ut inuidos
Spectare iussos conficiat pudor;
Solamine, IAS, quo tuo, que
Auxilioque fruatur, videntes.

PSAL: